



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

VIII. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Benedicto Accolto S.R.E. Cardinali,  
S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

diuitias, honores, dignitates, inania esse & caduca, magisque ad  
laborem & pericula, quam ad salutem valere: semperque statue-  
rim, ipsius Dei cultum, & salutem animorum longe his esse pra-  
uerendam, tamen vix dici potest, quam haec mea mens tuo i-  
udicio sapientissimo, monitisque grauissimis fuerit confir-  
mata. Laqueum enim ea mihi spes propterea non euascat, quae me  
miserit, & sustinet: fore, ut habita (quod dudum oportuit) eximie  
multiplicisque virtutis tuae ratione, huc ad nos quandoque re-  
deas: quoque hanc visus & congressionis tuae intermissionem, quo-  
ad mihi per tua tempora licitum fuerit, assiduitate & diligentia  
facere possim. Dum igitur spes ista non extenuetur, non solum  
appropio sanctissimum istud tuum propositum, quo solo ad eter-  
nam domum recta peruenitur via: verum quantum poterò eni-  
tari ipse quoque, atque a Deo Opt. Max. assiduis precibus contendam,  
ut tandem aliquando utar pacatis suadibus. Interea si quid est, quod me  
tua nec conuictum tuorum causa curare oporteat, id tibi ne pol-  
licentia quidem videtur, cum & voluntatem meam tibi satis notam  
esse intelligam, & ea quae restant, te tibi magis quam verbis me  
procuratum confidam. Vale. Prid. Id. Decemb. 1531. Roma.

## VIII.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

*Benedictio Accolto S. R. E. Cardinali, S. P. D.*

Go humanitatis tuae, & benevolentiae erga me vberes quo-  
dam capio fructus: velut ex his literis, quas proximè ad me  
ex Iou. Plicie sermone misisti. Quam ille amanter scriptae sunt?  
quam prolixo animo: quam (ut ita loquar) penè etiam arden-  
teris omnibus tuis in illis mihi gratificandi, & in omnibus morem  
generali voluntas se ostendit: Non possum tam loqui quam fen-  
tino: sed certe, si vilo vnquam tempore tuus aduersum me ani-  
mus boueolus atque confians, voluptati mihi fuit, his sum lire-  
ris incredibiliter delectatus. E quibus illum tamen fructum vel  
maximum cepi, quod meam erga te benevolentiam, & singularem  
in omni genere obseruantiam, tibi perspectam & cognitam pla-  
ne esse intelligo. Etsi enim peroptatum mihi est, me abs te diligi,  
charumque haberi: illud tamen etiam optatius, meam volunta-  
tem, parum benevolentia vicissim tibi reddenda, tibi quoque esse  
probatam & gratam, de qua autor sum, ut omnia ex me summa  
tibi pollicearis, non fallam existimationem tuam. Non enim mi-  
nus voluptas est probis & constantibus viris, amare, quam a-  
mari: praeterquam cum id iure fiat: sitque in eo iudicij quaedam et-  
erna laus, non amoris solum, & studij significatio. Quod quoniam  
L. mihi

mibi in te contigit: moriar, ni operam omnem dedero, ut quae te amo tantopere coloque non solum tuae erga me benevolentiae relatum, sed tuis multis eximijsque virtutibus etiam tribuere esse videatur. De Paulo quod me hortaris, ego iam pridem ipsum commentor, ut cum mihi socium & adiutorem in hac ecclesiae custodia adsciscam: qui mihi postea successurus sit. Revertitur sum usque adhuc artem eius: nam de Pontificis quidem maximi voluntate erga me, & de tua ope atque opera mihi parata, non dubito. Nunc verò cum & annorum latis sit (agitur enim aetatis quartum & vigesimum) & summum eius ingenium, optimi mores, ac singularis vitae modestia exonerat: mature iam iudicor posse facere. In quo (ita Deum velim propitium) ut laetum de illo iudicium, non tam consanguinitati, & gratiae (quanquam ne id, quidem non spectatum est) quam virtutis merito a me tribuitur. Sed de eo te ex alijs malo, quam ex meo agnoscere. Illud quod mea valde interest, a te vehementer precor, cum nemine adhuc rem hanc communices, habeasque eam occultam & tacitam, quoad paratis rebus, tua mihi operae toritas requiretur. Quod confidis in rebus, meliora fore, quae quaerimus, utinam quidem ita sit. Ego quid curam aut quid expectem nescio: in summo timore verior: nihil parum ad succurrendum video, quod quidem validum firmumque. Fortunae parum habeo fidei: nostris consilijs ut valeamus eripere. Sed haec quoque, quando ea non sunt muneris nostri, Deo petimus, qui vnus omnia potest. Ego superioribus diebus, quando morbo graui impeditus, ex quo iam tamen conualecet in aegritudine dedi ad te literas, quibus ad illas tuas respondebam, quae viderentur mihi atque ornatissimae pridie Idibus Decemb. datae, secundum multas & magnas amoris tui significationes, de Helueticis rebus me dicebant. Quas quoniam vereor ne non tibi fuerit reddere, eodem exemplo referri iussi, & ad te mitti: non ea me hercule gratia quod illarum iacturam grauius ferendam putem: quippe quae iam scripta negligentius (ut ab egrotis sunt) sed ut participem nullum a me tenendi officij, neque amoris mei tibi declarandi, eam praetermitti. Vale. Carpentoracii, V. Idus Martij, 1534.

IX.

IAC. SADOL. EPISC. CARPENT.

Benedicto Accolto S. R. E. Cardinali, S. P. D.

Cum inter haec haberet Didaeus Mendoza, qui tibi has litteras reddidit: adolescens summo quidem inter Hispanos genere & loco, & summa nobilitate: sed ingenio etiam & moribus, quae maiorum suorum clarissimorum virorum splendore ornatus